ipſe vero inuiſibilis in eſſentia patris et verbi inſeparabiliter manſit. Animas quoque diſcipulorum interius poſſidens foris ſpeciē ignis vel luminis oculis hominū pro ſigno exhibuit. et tamen a ſubſtā-tia pris et filij non receſſit. profecto inſinuans quod pater et filius per eum peccata conſumūt. et in eorum amorem hoim corda per ipm accendūt. et quod impios per eum iudicabunt. iuſtos vero lumine vite in ipo glorificabunt.

De equalitate pſonarū et cur magis ſpūs ſcūs veritatis vocabulo veneratur quam aliarū virtutū vt-pote miſcdie aut iuſticie. ca. xv. Fratres

Quomō conſtat has perſonas eſſe equa-les. M. Deus eſt ſūma vita. ſūma ſapi-entia. ſumma dilectio. quantū ergo vita viuit tantū ſe intelligit. et tantū ſe diligit. Si enim non tantū ſe intelligit quātum viuit nequaquam ſūma ſapiētia erit. et ſi nō tantū ſe diligit quā-tum ſe intelligit. ſūma dilectio minime exiſtit. Sed cum ipſius ſubſtātia veriſſime ſūmū bonum ſit. ſūma autem vita et ſūma ſapientia et ſūma dilectio non niſi in ſūmo bono inueniri poſſint. neceſſario ſequitur tres pſonas patris gignē-tis. filij geniti. ſpiritus ſancti procedentis per omnia eſſe equales. et in vna eademque indiuidua ſubſtātia ſūmū bonū exiſtētes. F. Cur in hijs vocabulis magis veritas veneratur. cū miſcdia et iuſticia et cetere virtutes eius eſſentie aſſignētur

Mḡr. Quia illa ſūt ei ꝓprie ſm ſe ſubſtātia=
lia·iſta vero ſm nos ei accidētalia. Miſericors
namq; inde dicitur q2 miſerū cor habeat·ſed
oīm em miſeriam longe a deo eſſe racō probat.
Juſtum aūt hūana locutio nomīat·qui bonis
bona·malis mala recōpenſat. Verum quia deus
miſeris in miſerijs ſubuenit nomen miſericor=
dis et miſericordie accipit. quamuis ſi nunq̄
aliquis miſer fuiſſet cui miſericordiam impen=
deret non minus tamē in ſubſtantia ſui ip̄a mi=
ſericordia exiſteret. Quia vero iuſtis largitur
premia iniuſtis irrogat ſupplicia· iuſte voca=
tur iuſtus vel iuſticia tamen ſi nullus foret cui
vel gloriam vel penam impenderet·non minus
iuſticia ipſe exiſteret· de ceteris virtutibus ſic
ſciendum eſt.

¶ Si nullus miſer eſſ; vel dānatus adhuc deus
ſuam miſericordiam et iuſticiā poſſet oñdere.

¶ Fratres. ¶ ca·xvj.

Hinc maxima videtur queſtio ſuboriri·ſi
miſericordia dei non potuit dinoſci niſi p miſe=
ros·et iuſticia eius ſciri niſi per damnatos· vi=
detur ineuitabiliter ſequi quoſdam neceſſario
miſeros factos per quos miſericordia mani fe
ſtarētur. Quod ſi ita eſt· tunc fruſtra predica=
bitur malum nichil eſſe· cum nichil poſſit peius
excogitari·q̄ miſeria et damnatio·et ſi hoc per
validiſſima racōnis argumēta nō infirmabit.